UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Maroni & Eustathio. 221.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

δίκην, εἰ καὶ μὴ τὸ παράγγελμα. ἐλυπήθη γὰρ ἂν ὁ Δαβὶδ τῶν ὑπηκόων. μᾶλλον δὲ τῆς βασιλικῆς ἀξίας ἀποστερούμενος, ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον ἀπῃτήθησαν. ὁ γὰρ λοιμὸς αὐτοὺς ἐπενείματο. οὐχ ἕρπων, οὐδὲ κατὰ βραχὺ προϊὼν, ἀλλ' ἀθρόως καὶ ἡβηδὸν ἅπαν τὸ ἔθνος καταβοσκόμενος. εἰ γὰρ καὶ ἄλλην αἰτίαν ἐπέθηκε τῇ τοιαύτῃ σφαγῇ. ἀλλ' ἡ ῥίζα τῆς τιμωρίας ἐξ ἐκείνου μὲν τοῦ πλάσματος ἔφυ, μετ' οὐ πολὺ δὲ καρπὸν ἤνεγκε, τουτέστιν εἰς ἔργον ἐχώρησεν, ὅτε καὶ τὸν βασιλέα ἐπὶ τῷ παρὰ τὴν θείαν γνώμην ἀριθμῆσαι τὸν λαὸν, ἐχρῆν δοῦναι δίκην. ἐκείνων γὰρ ἀναιρουμένων, ἔργῳ μὲν ὑπὲρ οἰκείας· λόγῳ δὲ ὑπὲρ τῆς τοῦ βασιλέως ἁμαρτίας. καὶ αὐτὸς ἐν μεγίστῃ καθειστήκει συμφορᾷ. ἐβούλετο γὰρ εὐκλεῶς τεθνάναι ἢ ἀκλεῶς ζῆν, τῶν ὑπηκόων στερηθείς. εἰ δέ τις ἀπιστεῖ, ἀκουέτω αὐτοῦ λέγοντος, γενέσθω ἐπ' ἐμὲ ἡ χείρ σου, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου. οὐ γὰρ ἄλλοι ὑπὲρ ἄλλου ἐκολάσθησαν, ὡς ἐνόμισας, ἀλλ' ἑκάστῳ τὸ πρόσφορον ἀπενεμήθη, οἱ μὲν γὰρ τῆς πρὸ βραχέος γεγενημένης ἁμαρτίας, ὁ δὲ τοῦ παραγγέλματος ἀπῃτήθη δίκην, τῆς ἀδεκάστου ψήφου καιρὸν εὑρούσης ἐπιτήδειον, ἐν ᾧ κἀκείνους καὶ τοῦτον δίκην εἰσπράξεται.

finem oculos coniiciebant) pœnam, & ſi non ſtatim (mœrorem enim concepiſſet Dauid, ſubditus, imò, vt rectiùs loquar, regia dignitate orbatus) at certè non ita multò pòſt perſoluerunt. Peſtis quippe eos depaſta eſt, non ſerpens, nec pedetentim progrediens, verùm confertim ac funditus vniuerſam gentem populans. Quamuis enim huiuſmodi cædi cauſam aliam impoſuit: ac ſupplicij tamen radix ex illa culpa orta eſt, quæ aliquantò poſteà fructum tulit, hoc eſt in opus proceſſit, tum ſcilicet, cùm de rege quoque, ob cenſum præter diuinam voluntatem populum, ſuppliciū ſumi oportebat. Nam cùm illi, re quidem ipſa ob ſuum, verbo autem ob regis peccatum morte afficerentur, ipſe quoque in maxima calamitate verſabatur. Cupiebat enim cum gloria potiùs mori, quàm amiſſis ſubditis turpiter viuere: Quòd ſiquis minorem mihi fidē adhibet, audiat ipſum dicentem, Sit ſuper me manus tua, & ſuper domum patris mei. Neque enim alij pro alio, vt exiſtimas, pœnas perpēderunt: verùm cuique quod aptum erat, tributum eſt. Ab illis quippe ob admiſſum non ita pridem peccatum, ab hoc autem ob præſentem culpam pœna expetita eſt: diuina videlicet ſentētia tempus idoneum nacta, in quo, & ab illis, & ab ipſo pœnas exigeret.

Αὐξουνίῳ κορέκτορι. σκ.

Auſonio Correctori. 220.

Ἢ μόνος ἢ μάλιστα φροντίσαι δίκαιος ἂν εἴης, ὅπως τό γε σὸν μέρος, ἐπικουφισθῶσιν οἱ συμφοραῖς περιπεπτωκότες.

Vel ſolus, vel certè præſertim illud curare debes, vt quantum in te eſt, ſubleuentur ij, qui in calamitates inciderunt.

Μάρωνι καὶ Εὐσταθίῳ. σκα.

Maroni & Euſtathio. 221.

Πυνθάνομαι ὡς πᾶσαν ὑπερβολὴν κακῶν ἐπιδεικνύμενοι, μικροτέραν τῆς βουλήσεως ἡγεῖσθε τὴν πρᾶξιν, καὶ τὰ ἀτόλμητα τολμῶντες, ἀτόλμους ἑαυτοὺς καὶ ἀνάνδρους ἡγεῖσθε, ὅτι μὴ δύνασθε πᾶσαν τὴν βούλησιν διὰ τῶν πράξεων δηλῶσαι. εἰ τοίνυν ἀληθὴς ἡ φήμη,

Audio vos, cùm ea vitia, ad quorū magnitudinem nihil accedere poſſit, palam deſignetis, flagitia tamen veſtra voluntate minora exiſtimare: & cùm non audenda facinora audaci animo perpetretis, timidos tamen voſipſos atque ignauos eſſe cēſere, propterea quòd id omne, quod vo-

luntas veſtra fert, operibus cõſpicuum facere nequeatis. Quapropter ſi verus hic rumor eſt, ab huiuſmodi animi inſtituto abſiſtite, ne alioqui furiæ quædam, aut dęmones, humanam formam gerentes, eſſe exiſtimemini.

Iiſdem. 222.

Animi moderationi, optimi viri, ſtudendum eſt. Per moderationem autẽ, non aſſentationes & blanditias maioribus adhibitas, ſed demiſſionem ad inferiores, nõ ſeruilem affectum, ſed lenitatem ac morum facilitatem, non hypocriſi plenam, ſed ſimplicem & ingenuam, cauponariæque artis ignaram intelligo.

Hieraci Presbytero. 223.

Non mediocriter in vrbe celebraris, ô quonam pacto te appellẽ. quicquid enim dicatur, ſi tui ratio habeatur, exiguum eſt. Nam cùm vehementer ab omnibus expetitum, & de quo tanta contentione certatur, imperium, nunc, ſi vnquam aliàs, acrẽ ſui amorem mortalium animis iniiciat, faciléque ſeſe amãtibus fruendum præbeat, tu tamen non illud tantùm per ſomnium minimè tibi effinxiſti, ſed ne vocatus quidem paruiſti, nec porrectum imperium arripuiſti: quòd ſcilicet exiſtimares, maximum, ac probo & honeſto viro cõgruens imperium eſſe, ſibiipſi imperari poſſe, ac rationem iracundiæ ac voluptatibus præficere. Poſteà autem iſtud quoque probè ac præclarè perſpexiſti, veram libertatem in quiete, ac non in conſpicuis huiuſmodi imperiis, velut choros agitare. Ingentis enim moleſtiæ meritò iudicaſti, aliis præeſſe, aliis ſeruire: aliis imperare, aliis parere: alios lædere, aliis gratificari: aliis ſubiici, aliis ſuperiectum eſſe: alios pertimeſcere, aliis odio eſſe. Quamobrem hæc eorũ eſſe, qui pœnas darent, non qui honorem acciperent, exiſtimans: imperium autem optimo iure repudiaſti, atque ad animi curam, ſtudium & operam conuertiſti. Quod

παύσασθε τῆς τοιαύτης προαιρέσεως, ἵνα μὴ ἀλάστορες, ἢ δαίμονες ἀνθρωπόμορφοι νομισθείητε.

Τοῖς αὐτοῖς. σκβ.

Μέτριον ἀσκεῖν χρὴ, ὦ βέλτιστοι, τὸ φρόνημα. μέτριον δὲ φημὶ, οὐ τὸ πρὸς τοὺς μείζους κολακευτικὸν, ἀλλὰ τὸ πρὸς τοὺς ἐλάττους συγκαταβατικόν. οὐ τὸ δουλοπρεπὲς, ἀλλὰ τὸ ἥμερον. οὐ τὸ ὑποκρίσεως μεστὸν, ἀλλὰ τὸ ἄδολον καὶ ἐλευθέριον, καὶ καπηλείαν μὴ ἐπιστάμενον.

Ἱέρακι πρεσβυτέρῳ. σκγ.

Οὐ μετρίως ᾄδῃ κατὰ τὴν πόλιν, ὦ πάντα μικρὰ πρὸς σὲ φθέγξασθαι. τῆς γὰρ περιμαχήτου καὶ ποθεινοτάτης ἅπασιν ἀρχῆς, νῦν εἴπερ ποτὲ σφοδρὸν ἑαυτῆς ἔρωτα τοῖς ἀνθρώποις ἐμβαλούσης, καὶ ῥᾳδίως ἑαυτὴν τοῖς ἐρῶσι παρεχούσης, οὐ μόνον οὐκ ὠνειροπόλησας, ἀλλ' οὐδὲ καλούμενος ὑπήκουσας, οὐδὲ προτεινομένην ἥρπασας, ἡγούμενος ἀρχὴν εἶναι μεγίστην, καὶ πρέπουσαν ἀνδρὶ καλῷ κἀγαθῷ, τὸ ἄρχειν ἑαυτοῦ δύνασθαι, τὸ τὸν λογισμὸν τῷ θυμῷ καὶ ταῖς ἡδοναῖς ἐπιστῆσαι. μετὰ δὲ τοῦτο, εὖ καὶ καλῶς ἑώρακας, τὴν ἀκριβῆ ἐλευθερίαν ἐν ταῖς ἡσυχίαις, ἀλλ' οὐκ ἐν ταῖς περιβλέπτοις ταύταις ταῖς ἀρχαῖς χορεύουσαν. πολλῆς γὰρ ἀνάγκης εἶναι εἰκότως νενόμικας, τῶν μὲν ἄρχειν, ἑτέροις δὲ δουλεύειν. καὶ τοῖς μὲν ἐπιτάττειν, τοῖς δὲ ὑπακούειν. καὶ τοὺς μὲν ἀδικεῖν, τοῖς δὲ χαρίζεσθαι. καὶ τοῖς μὲν ὑποκεῖσθαι, τοῖς δὲ ἐπικεῖσθαι. καὶ τοὺς μὲν φοβεῖσθαι, ὑπὸ δὲ τῶν μισεῖσθαι. ἡγούμενος οὖν δίκην διδόντων, οὐ τιμὴν λαμβανόντων ταῦτ' εἶναι, ἐκείνην μὲν εἰκότως παρῃτήσω, περὶ δὲ τὴν τῆς

ψυχῆς